

patrum. Omnium creator creaturarum scit^{a)}), quantus ardor mihi sit amoris erga vos; si mille corda haberem, totidem linguas exprimere nequidem. Imploramus itaque vestram ineffabilem almitatem quasi prostratus ante vestros pedes, vestra pietas vestramque^{b)} misericordiam obsecrando, ut dignemini ordinare unum^{c)} ex nostris ad ordinem presbyterii, quatenus in his sanctis sollempniis mereamur frui vestris benedictionibus de ipso presbitero. Noscat vestra almitas, quia plus optamus, ut a vobis accipiat consecrationem quam ab aliis^{d)} episcopis, quia vestris plus pululat quam ceteris.

Nr. 8.

Captatio benevolentiae für einen Brief an den Papst.

Hs. fol. 199^v.

Totius orbis caput et matrem scimus^{e)} esse vestram sanctam ecclesiam ideoque in adversitatibus oportet filium ad sue matris concurrere gremium, ut unde fidei sumpsit initium, inde geste rei capiat auxilium.

Nr. 9.

Schlußgrüße für Briefe / 3 leoninische Hexameter mit Freundschaftsbezeugungen.

Hs. fol. 199^v.

Vale abbas Dei et in hoc memento mei. Vivas frater in Christo, semperque letus maneat in ipso. Cum tua verba sonant, mihi dulcia pocula donant. Intro dum currunt, tunc intima corporis ungunt. Iunxeris hic mecum, si noscis^{f)} denique verum. Valet in Christo; vestra spes sit semper in ipso.

Nr. 10.

Ein Papst bestimmt einen ungenannten Kleriker zum Nachfolger eines Bischofs Dodo.

^{a)} sit *Hs.* ^{b)} vestrasque *Hs.* ^{c)} unus *Hs.* ^{d)} alis *Hs.* ^{e)} simus *Hs.*
^{f)} nosis *Hs.*